PSALTERIUM
St. Gallen oder Regensburg, 2. Drittel 9. Jh. Seite 214r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



gatione construitur · et regis sui praesentia felicitate laetatur aeterna ⁊

ALLELUIA ⁊ Magnificentiam dñi ꝓpheta declarans · miracula refert · quae fecerit in egypto & gente iudeorum · misericordiam eius sepius nobis inculcans · quia illius est misericordia omne quod possumus · & clementia omne qd uiuimus ⁊

Confessionem saepe diximus · et ad laudes dñi ac deplorandu peccatu communiter pertinere ⁊ hic autem non unum de duob · sed utrumque accipiendum est ⁊ quoniam bonus · qui et laudes suas clementer audit · et supplicantibus indulget · et sua misericordia aeternum occupat tẽpus ⁊

Dñs dominorum ille solus est · cui cunctu deseruiunt ⁊ ipse etiam scs scorum · ipse rex regum · et omnium potestatum ⁊

In intellectu ergo celos fecit · quia nulla confusione · nulla inordinatione · nulla firmitate creati sunt · sed distincti atq; cõpositi in sapientia creatoris sui pacti sunt ⁊

Magna luminaria fecit · cum angelos ac potestates · thronos · dominationes creauit · qui pietate scissima celesti lumine inradiant ⁊

CONFITEMINI dño quoniam bonus · quõ in eternum misericordia eius ⁊

Confitemini dõ deorum · quoniã ⁊

Confitemini dño dominorum · quoniã ⁊

Qui facit mirabilia magna solus · quoniam in eternũ ⁊

Qui fecit celos in intellectu · quoniã ⁊

Qui firmauit terram super aquas · quoniam in eter ⁊

Qui fecit luminaria magna · quoniã ⁊

Mirabilis psalmus · et nimia uirtute profundus ⁊ cuius enim uirtutis sit · In paralippomenon ostenditur ⁊ ubi ait · cum coepissent dñm laudare et dicere ⁊ Confitemini dño · Implebatur domus nube et caligine · nec poterant stare ⁊ nam licet in omnibus psalmis si pure cantantur · certum sit adesse diuinam praesentiam ⁊ hoc tamen magis creditur · quod legis auctoritate firmatur ⁊

Ds ille deorum est · cui nullus similis inuenitur ⁊ et non potest ds deorum · nisi solu trinitas scã nuncupari ⁊

Per istos omnes uersus usq; in finem · sub audiendum ẽ · confitemini ⁊ Dicit itaq; solum illum fecisse mirabilia · quasi et nõ per angelos et apostolos · sed hic memorat fecisse solum · ubi uerbo suo conditiones rerũ fabricasse monstrat ⁊

Firmauit terram sup aquam · id est sacri baptismatis ⁊ terra nostra · hoc est corpus nostrum reficitur · dum stabilitate religionis formatur ⁊